



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

34. Sabbato Domin. 3. Epiph. De Architecto sapiente, & stulte.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Calumnia turbat sapientem, ei respondendum, sed calumnia non turbat amantem. David, præceptum Evangelicū (si reddidi retribuentibus mihi mala) spiritu prævidit, virtute prævenit, inquit D. Ambros. præfatione in Ps.

Conf. 3. Præceptum eleemosynæ ad quatuordecim capita reductum, ad septem opera misericordiæ spiritualia, & septem corporalia. Si propter opera misericordiæ corporalia neglecta Christus D. tam severum iudicium facturum est, quæ tantum ex minimis præceptis Christi sunt: Quid erit de præceptis majoribus, quale est inimicos diligere: plus enim est inimico ignoscere, quam eleemosynam dare.

MEDITATIO XXXIV.

Sabbato Dom. 3. Epiph.

De Architecto sapiente, & stulto.

Proponam ante oculos duplicem Architectum: sicut eos describit Christus D. Sapientem, & stultum. Petam isto evitato illum imitari.

Conf. 1. Architectus prudens est omnis ille, qui subijcit se legi Evangelicæ: Quia prudentis est consultare circa meliora, & seligere utiliora saluti, quod non sit sine observatione legis Evangelicæ ideo comparatur Architecto propter varietatem omnium

60 *Sabbato Dom. 3. Epiph.*

virtutum exercendarum: Præcepta enim Christi non sunt in una sola operatione: præterea nisi ad finem educatur, ædificium non dicitur. Vt autem solidum persistat, requiritur examen in rebus agendis, ne quidpiam fiat temerè: Vera sui humilitas, in Deum resignatio: Quia *Confidentes in Domino sicut Mons Sion, non commovebuntur in æternum.* Ps. 124. Solidius igitur est ædificium spirituale, quam materiale, quod pluvix, venti, flumina diiciunt: illud autem nec desuper illati honores, nec Voluntatum flumina, nec spirituum malignorum venti possunt evertere, ædificium supra petram Christum Dominum. 1. Cor. 10.

Conf. 2. Vocari stultum, qui audit Verba Christi, & non facit ea, ut fuit Iudas, Simon Magus, & quorum non est numerus, qui etiam multa pro Christo passi ad extremum culpa sua fidem cum operibus perdidierunt. Quid enim insipientius, quam desidem esse, ubi de animæ discrimine, de cœlestis Regni amissione, de immortalibus supplicijs sustinendis agitur? bene igitur stultis comparantur Architectis, quia amore proprio fabricæ magistro, viriorum omnium adminiculo construunt Babylonem.

Conf. 3. Verè beatā animā esse, quæ divinitus de pluvia cœlesti & fluminib' gratiæ, & vento Spi-

Spiritus S. repleta extra numerum eorum est, de quibus ait Apost. *Sic stulti estis, ut vñm spiritu experitis, carne consummami.* ad Gal. 3. Rogabo Deum, ut quidquid in me est ex Babylone, funditus evertat, accinentibus Angelis: *Cecidit, cecidit Babylon.* Apoc. 18.

MEDITATIO XXXV.

Dominica 4. Epiph.

*Quæ tentationes impetant incipientes
servire Deo, & quidem de segnitie.*

Aspiciam fluctuantem naviculam & in ea periclitantes. Petam intelligere primam in vitæ Christi cursu procellam.

Conf. 1. Unum ex primis periculis navigantibus ad portum salutis æternæ per viam purgativam esse malaciam, seu segnitiam, cujus causa triplex est. 1. inscitia: quâ quis vitæ spiritualis sublimitatem non agnoscens, putat se minima aut nullâ diligentiam ejus apicem tenere posse, & ideo laborare non curat. Hanc tollam æstimatione perfectionis, & præmiorum, quæ cum immensum in sublimitate pondus habeant, non poterunt à jacentibus & otiosis, aut sine magno labore comprehendi.

Conf. 2. Alteram causam segnitiei esse falsam tranquillitatem ex tentationum defectu, quâ incipiens deposito pondere peccato-

peccato-